

3847 Aesculapio | et Hygiae ce|terisq. diis dea|busq. huiusq. | loci salutarib. | C. Iul. Fronto|nianus vet. ex | b. f. cos. leg. V M.¹, p.² | redditis sibi lumi|nibus grat. age., ex | viso pro se et Carteia | Maxima coniug. et Iul. | Frontina filia | v. s. l. m.

Apuli in Dacia (III 987 bis ut videtur descripta saec. XVI). — 1) Veteranus ex beneficiario consularis legionis quintae Macedonicae. — 2) Pro.

3848 Auribus¹ Aesc[u]|lapi et Hygiae | et Apollini et | Dianae C. Iu|lii Dius Far|nax Irenicus | fratres, Aug. | munic. Aur. Apli², | p. s. s. p.³, Pres. | II et Condi. cos.⁴

Apuli rep. (III 986 vidit Mommsen). — 1) Cf. N. 3497. — 2) Augustales municipii Aurelii Ap(u)li. — 3) Pro salute sua posuerunt. — 4) A. 180.

3849 [Aesculapio et Hygiae dis conservatoribus?] | Q. Axius Ae|lianus iuni|or¹ votum pro | patris inco|lunitate suscep|tum cum gratula|tione libens sol|vit. Ioni. Ionius².

Sarmizegetusae rep. (III S. 7899 vidit Domaszewski). — 1) Filius Q. Axii Aeliani eius qui supra N. 1371. 3636. — 2) Signa ut videtur Aeliani patris et Aeliani filii; cf. N. 3636.

3849^a Ἀσκληπίῳ καὶ | Ἑγίειᾳ θεοῖς | φιλανθρώποις | Ἄξιος Αἰλιαν[ό]ς | ὁ νεώτερος ἐν|χαριστήριον. | Ἴόνιος.¹

Sarmizegetusae rep. (III 1422 not., vidit Mommsen). — 1) Cf. ad eam quae praecedit.

3850 I. o. m., Iunoni, Mi|nervae et Aescu|lapi domino | Septim. Ascl.¹ Her|mes libertus | numinis Aes|culapi, habens | ornamenta dec. | col. Apul.², et Aug.³ | col. eiusdem, | v. p.

Hermannstadt, Apuli sine dubio rep. (III 1079 vidit Mommsen). — 1) Septimius Asclepius. — 2) Ornamenta decurionalia coloniae Apulensis. — 3) Augustalis.

3851 domino Aesculapio | et Hygiae ex permissu | eorum negotia|tionis | fabariae gratias | agentes numini | et aratis (sic) eorum¹, | T. Iulius Genesis|cus et Caecilia | Balbilla ceri|olaria duo Satu|ri² et Antiotes (sic) | libentes donum | dederunt.

Romae (VI 148 vidit Henzen). — 1) Non intellegitur. Mommsenus coniecit, in lapide incidi debuisse paratis, ut intellegantur opes ex negotiatione fabaria paratae. — 2) Intellege ceriolaria duo, habentia effigies Satyri (cf. VI 9254: cum basi marmorea et ceriolarib. duobus aereis habentibus effigiem Cupidinis tenentis calathos) et Antiopae.

3852 T. Flavius | Antipater | una cum | Flavia Arte|misia uxore | et Alcide lib. | Asclepium et | Hygiam | Ιόvi Flazzo¹ | votum | [libens solvit]. (In postica): T. Flavius Anti|pater una | cum Flavia Ar|temisia uxore | Iovi Flazio² vo|tum libes solvit.

Neapoli (X 1371 inscriptionem frontis vidit Mommsen). — 1) Sic potius quam Fiazzo lapis. — 2) Sic legerat Accursius, eiazio, iazio alii. Iuppiter hic praeterea ignotus.